

R. P. D. THOMÆ

DELBENE

CLERICI REGVLARIS,

S. THEOLOGIE PROFESSORIS,

Examinatoris, S. Rom. Vniuersalis Inquisitionis

Qualificatoris, aliarúmque SS. Congreg.

in Vrbe Consultoris.

DE OFFICIO  
S. INQUISITIONIS

CIRCA HÆRESIM.

*Cum Bullis, tam veteribus, quàm recentioribus, ad eandem materiam,  
seu ad idem Officium spectantibus.*

PARS PRIOR

*Offic. Marquez*

SYNOPSIS MATERIARVM, ET INDICE RERVM

notabilium in hoc Volumine contentarum illustrata:

NUNC PRIMUM IN LYCEM PRODIT



LYGDVNI,

Sumptibus IOANNIS-ANTONII HVGRETAN

M. DC. LXVI.

CVM APPROBATIONE ET PERMISSV





EMIN.<sup>SSIMO</sup>. ET REVER.<sup>SSIMO</sup>  
PRINCIPI,  
FLAVIO CHISIO  
S. R. ECCLESIAE  
CARDINALI.  
THOM. DELBENE,  
CLERICVS REGVLARIS,  
F. P.

**Q**UA tua, quæ Maximæ, eiusdemque optimæ, ac sanctissimi Patruī tui luce ita omnium iam animos, Romanamque Aulam implet, ac occupas (FLAVI EMINENTISSIME CARDINALIS,) ut haud sanè liberum cuique sit, alteri se, sui que obsequium animi, quàm Tibi, atque excelssimo tuo Nomini mancipare. Maiestas illa supremi mortalium, cui Tu, ut sanguine, ita Imperio, ac virtutis indole proximus; tantum enim verò dignitatis, splendorisque tuae fronti afflat, ut nihil planè augustius in Quiritium oculos incurret, Teque unum summi, infimi, ceu grande Purpuratorum sydus inspiciant. A summa quidem Insula habes in Amplissimo Senatu Compares. At enim consiliorum omnium, curarumque communionè Christi in terris Vicario, hoc est, Athlanti illi maximo perinde adstas, ut secunda sustentando Christiano Orbi ceruix; atque Alcides alter cum sis, quos tibi lux Purpura aequales facit, eosdem potestate, ac facibus antecellas: atque adeo, ceu disertissimus primarium partium actor, Orchestram Aulae totam tibi vendicas; Tibique uni abreptum in Tui studium, admirationem, cultum, Theatrum hoc plaudit. Neque

\* 3 putes



D. D.

# IAC. PIGNATELLI

SENTENTIA DE HOC OPERE.

## VIRI

In Ecclesia, in Republica Magni,  
Quicumque vos estis,

OPERAM DATE ET LEGITE.



**T**HOMÆ DELBENE, Viri clarissimi, Religionis Theatinæ alumni immensum hoc, & Herculeum opus est. Quod lyricus Vates extulit:

*Fortes creari fortibus & bonis.*

Eius exemplo virtus confirmavit. Ab arbore, id est, à Paulo Quarto, Theatino, Sacræ Inquisitionis Fundatore hic ramus non dissentit. Fælix pater etiam in filio vivit. Bis fælix filius Patrem repræsentat. He-

ros ipse est hæres ac æmulus virtutis maiorum, qui sic scribit: & par ipsi Pontifici, dum ingenio vsurpat, quantum ille capite solebat circumferre. Hic doctrina, ille potestate: Stylo hic, diademate ille cælestia Religionis arcana propugnat. Siue rerum copiam propè incredibilem spectetis: siue in penetrandis, & veluti è nucleo extundendis abditis rerum, ac quæstionum dispiciendarum sensibus subtilitatem consideretis, omnino vos dubitare necesse sit, vtram potiùs, humanarumne, an diuinarum rerum scientiam in eo debeatis admirari. Argumentationibus ingenij acumine inuentis, arte dispositis, sua adstruit, fulcitque theoremata. Ingeniosa omnia, erudita, exacta quæ notat, iudicat, emendat. Vetera, & simul noua explorata habet, seria, & curiosa: Etiam libros, scriptoresque de hac re sibi familiares, qui olim ac nuper floruerunt, ex quibus, vt apes confert, & stipat doctrinæ liquentia mella: quosque tanquam Iudex maximus pro Tribunali sedens ad partes vocat, pulcherrima, & vtilissima industria eruditos simul, & bonos suos Lectores reddit. Breuiter dicam, esse virum

*Mores veteresque, nouosque tenentem:*

*Multorum veterum leges, Diuumque, hominumque  
Prudentem.*



R. P. D. THOMÆ  
**DELBENE,**  
 TRACTATUS  
 DE IIS QVÆ AD HÆRESIM  
 & Sanctæ Inquisitionis Officium  
 pertinent.



DVBITATIO PRIMA.

Quid dicendum de prima excommuni-  
 catione, seu censura Bullæ Cœnæ ad-  
 versus Hæreticos, & Schismaticos?

SUMMARIUM.

1. *Censura Bullæ Cœnæ ita dicitur, quia feria quinta in Cœna Domini promulgatur.*
2. *Bullæ Cœnæ non obligat in locis, in quibus non est recepta.*
3. *Bullæ Cœnæ censura ut firmitatem habeant, non aliud requiritur, quam ipsarum authentica publicatio; quia est processus, seu constitutio generaliter lata contra futurum delinquentem; non autem contra determinatam personam, contra quam necessaria esset citatio, expressæ de iure naturalis.*
4. *Bullæ Cœnæ censura durat, quousque nova Bulla expedita fuerit; nullum enim iurisdictionis Pontificis Bullæ censura subsistunt.*
5. *Bullæ Cœnæ censuras quidam existimant, latas dicendas esse à iure, eo quod, mortis auctoritate, non extinguuntur.*
6. *Bullæ Cœnæ censuras quidam existimant, latas dicendas esse ab homine, eo quod feruntur pro tempore determinatis.*
7. *Bullæ Cœnæ censuras neque sunt à iure, neque ab homine proprie, & cur; sed sunt media inter statuta lata à iure, & ab homine, & participant de natura ambarum, quibusvisque non obstantibus.*
8. *Bullæ Cœnæ censura non multiplicatur, eo quod à Pontifice in sua Bulla expeditur, & in corpore iuris inserta sit, quia res præcepta non est diversa, sed eadem & sub eodem sine.*
9. *Bullæ in nova si emittatur aliquis casus, qui erat in Bulla antiqua, eo ipso ex vi Bullæ antequam inducit obligationem, quam tamen inducet si in corpore iuris*

*contenta fuerit: quia esse casum expressum, vel omisum in Bulla, non variat iuris dispositionem.*

10. *Limita, cum in illud, selecta bulla, cum sum abri-  
 nebat, ac si sicut si aliunde renovatum esset: quia  
 statim tali renovatione non potest rebus accipere ex  
 in Bulla, nisi illud in Bulla fuerit renovatum.*
11. *Privilegia aliqua si fuerint in Bulla renovata, quorum  
 renovatio in subsequenti Bulla omisa fuerit, renu-  
 scant, & rebus accipiunt, ac si nunquam fuerint re-  
 novata, præsertim si in iure communi dicta privi-  
 legia fuerint inserta.*
12. *Privilegium in casu nostro renovatione Bullæ non est  
 absolute extinguitum, sed solum suspensum, dum sci-  
 licet renovatio Bullæ vim suam obinet.*
13. *Hæretici cuiuscunque sectæ, ipsorum credentes, rec-  
 ptatores, factores, & generaliter quilibet ipsorum  
 defensores, Hæreticorum libros hæresim conti-  
 nentes, vel de Religione tractantes, sine auctoritate  
 Sedis Apostolicæ summe legentes, resistentes, im-  
 primenter, vel quomodocumque defidentes ex qua-  
 libet causa, &c. necnon schismatici, & recedentes  
 à Romano Pontifici pro tempore existentis ob-  
 sidentia, sunt excommunicati per primam excom-  
 municationem Bullæ Cœnæ.*



Suppono primo censuras Bullæ  
 Cœnæ sic dici, quia summus Pontifex  
 eas proficit, & promulgat feria quinta  
 in Cœna Domini.

Suppono secundo, non loqui pro  
 locis, in quibus Bullæ Cœnæ locum  
 habet, non autem pro locis, in quibus solum locum non  
 habet, eo quod ibi recepta non sit; quia non est Theo-  
 logi augere, vel minuire per analogiam locorum.

Suppono tertio, ut hæc censura firmitatem habeant,  
 non aliud requiri, quam ipsarum authentica publi-  
 cationem; quia licet processus contra determinatum  
 personam non possit fieri sine illius citatione (nam om-  
 nibet iure naturali competitus defensionis) tamen locus  
 est de processu, seu constitutione, vel præcepto generalis-  
 ter lata contra futurum delinquentem, quia à nullo eius  
 efficacia impediti potest: Doctores communiter apud  
 Sayrum